latitudinem gentilitatis sparsa est· sed tamen in fine mundi dum
iudę ad fidem redeunt· quasi ad domū ppħa reducit̄· ut in suo
populo rursus p̄dicatio inhabitet· quę m̊ uelut in campo· ita in
diuersis gentib; fulget. Scriptū quippe ē· Donec plenitudo gen
tiū introiret· et sic omīs isrt̄ saluus fieret. Quia et ꝑꝓpħam alıū
dr̄· Si fuerit numerus filiorū isrt̄ quasi arenę maris· reliquię
saluę fient. Exeat ġ̊ ppħa de medio populi ad campū· de campo
redeat ad domū· ut et p̄dicatio quę iudeę facta ē· egrediatur
in gentes. et repletis fide gentib; recipiat iudea spiritalis doc
trinę dona quę amisit. Includi aut̄ ppħa in medio domus suę
p̄cipitur· quia antixp̄i tēpore ab eis gentib; quę in infidelitate
remanserint· plebs conuersa iudęorū· duris p̄secutionib; angus
tat̄. Unde scriptū ē. Atriū aut̄ qd̄ ē extra templū· eice foras. et
ne metiaris eū· qm̄ datū ē gentib; 7 ciuitatē scām calcabunt mensib;
xl· duob;. Et tu fili hominis· ecce data st̄ sup te uincula 7 liga
bunt te in eis· et n̄ egredieris in medio eoꝝ· et linguā tuā arescere ł adherere
faciā palato tuo· et eris mutus· ne quasi uir obiurgans· quia dom̄
exasperans ē. Quę uidelicet uerba si p typicū expositionis ordinē
sequim̄· ppħa in domo sua uincula suscepit et ligat̄· quia in extre
mis cū iudea crediderit· grauissimas antixp̄i tēpore p̄secutionē
sentiet· ita ut p̄dicationes eius ministri iniquitatis n̄ recipiant· s;
resistendo· has uinculis dolorū premant. Et in medio eoꝝ n̄ egredit̄·
quia ad corda prauorū p̄dicatio n̄ p̄uenit· dū lingua bonorū
ligata tribulationib; tacet. Erunt etenim multi tunc ex iudeis
infidelib; qui eosdē ipsos qui ex iudeis crediderint p̄sequentur.
Unde notandū ē· quod hic q̊q; dr̄· q̊a in domo sua uincula ppħa

Paul.

Isai.

Ezech.

N̄ Typicū.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG

HESSEN

Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Staatsbibliothek Bamberg

http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0200